cumbunt sollicitudinem regie quem precipue
ad subditorum regimen et iura ecclesiarum
illibata servanda que tamen satis coercent
officium sic procedant quod per illa de regno et
temporali ad eternum valeat pervenire tuque
merearis velut cooperator sedulus in retri
butione iustorum gloriam assequi pleniorem.
Negotia [illegible] nostrorum tue prudentie com
mendamus. Datum ut supra. Regi Francie.

Ex serie quarundam litterarum regiarum
nobis presentatarum hiis diebus pre
teritis per dilectum filium magistrum Guido
nem Baudeti decanum ecclesie Parisien.
etiam regium [illegible] excellentie fu
isse regie intimatum quod gentes nostre dilec
tis filiis Inquisitoribus heretice pravita
tis Tholose et Carcasson. inhibuerant et
ne de crimine heresis inquirendo se intro
mitterent specialiter contra illos qui mortui
fuerant non confessi de crimine antedicto.
Ideoque circumspectio regia nos rogabat et
ut mandatum deberemus huiusmodi revocare
cum de hiis consueverint dicti Inquisitores
etiam contra mortuos inquirere a tanto
tempore de quo memoria in contrarium
non existit. Ad que providentie regie taliter
respondemus quod verum est quod clamosa in
sinuatio ad nostrum fratrumque nostrorum pervenerat au
ditum quod Inquisitores ad proferendum
sententias super dicto crimine contra mortuos
non servata iustitia in grave heredum et
posterorum preiudicium et totius patrie gravamen
procedebant et procedere intendebant. Et
nos itaque cum fratribus nostris super hiis deli
beratione prehabita diligenti volentes de
hiis que contra Inquisitores proposita fue
rant informari plenius ac taliter pro
videre quod nec crimen impunitum rema
neat et mortuorum qui carent (?) nequeunt
iustitia illibata servetur dictis Inquisito
ribus de fratrum eorundem consilio scrip
simus ne ad condempnandum vel absolvendum
aliquem mortuum qui de heresi de qua
cum viveret non fuisset confessus pro
cederent nisi prius nobis consultis super
hoc et omnibus processibus originalibus
factis contra defunctos huiusmodi si tunc es
sent completi, alioquin cum essent com
pleti per nuncios fideles integraliter nobis
missis. Postque Inquisitore Carcasson.
comparente personaliter coram nobis nos de
fratrum eorundem consilio examinationem
dicti negotii ut dictum negotium expe
ditionem consequeretur citiorem com
misimus dilectis filiis Jacobo sancte Prisce et Berardo
tituli sancti Eusebii presbiteris cardinalibus qui pro eo et
quod in partibus illis extiterant ac frequen
ter in negotiis Inquisitionis interfuerant
habere poterant promptius notitiam de pre
dictis qui tandem Inquisitore presente
relatione facta in consistorio nobis et dic
tis fratribus de predictis cum Inquisitor
cum relatione predictorum cardinalium concordaret in
omnibus partes ipsas audivimus hinc et
inde. Tandem ut negotium posset prom
ptius expediri duobus prefatis cardinalibus et
adiunximus dilectos filios nostros Petrum
tituli sancti Martini in Montibus et Petrum
tituli sancti Stephani in Celiomonte presbiteros
cardinales qui una cum duobus prefatis vel
eorum altero procederent in negotio an
tedicto. Hec sunt que fecimus in predictis
multorum clamoribus excitati qui multa
commissa illicita per Inquisitores contra et
mortuos specialiter asserebant. Datum Avin.
xii. kalendas Marcii Anno xviii. Regi Francie.

Utinam fili carissime plene intelli
geres nostri animi erga te purita
tem quia profecto obstruerentur ora iniqua
loquentium ac detractorum non panderetur
aditus nec prestaretur auditus. Sed ecce
Princeps inclite non desunt ut audivimus
qui apud tuam excellentiam contra nos si
ne causa non tamen sine malitia sub
murmurent multaque falsissima contra nos
auribus regiis audeant instillare. Ad
nos quidem alias non contempnenda
relatio pertulit hiis diebus quod in presentia
nonnullorum prelatorum ac Principum et Ba
ronum aliorumque multorum tua magnificen
tia verba protulit que secuntur: Scitis
quod nos multum Anglicis in eorum negotiis